veritatis emuli michi servo tuo inferre
conantur. Ut vita comite et salvo honore
tecum gaudere valeam in secula seculorum.
Amen. ℣ Ora pro nobis beate christofore.
℟ Ut digni effi. promiss. xpi. Oratio.
Deus qui beatum cristoforum mar-
tirem tuum virtute constancie in passi-
one roborasti, qui et unigenitum tuum do-
minum nostrum iesum xpm in suis humeris
mirabiliter portari voluisti concede
propicius ut qui eius commemorationem
agimus ipsius meritis ad regna cele-
stia pervenire feliciter mereamur. Per
eundem xpm. etc. De sancto sebastiano. Ant.



O quam mira refulsit
gratia sebastianus
martir inclitus qui mi-
litis portans insignia
sed de fratrum palma solli-
citus confortavit cor-
da tremencia verbo si-
bi collato celitus. ℣
Ora pro nobis beate
martir sebastiane. ℟ Ut mereamur
peste epidimie illesi pertransire et
promissionem xpi obtinere. Oratio.
Deus qui beatum sebastianum mar-
tirem tuum in tua fide et dilectione